

500
486

Vincula terrebant nullum, non iudicis ira
Egit in exitum quonquam vel dextra potentum,
Impietas aberat poena certissima causa,
Et de, quos gravi multabantur, nemo sciebat
tormentis, studii nullus, lictoris et usus
Nullus erat, duro nec vincula minacia collo
Aere ligabantur, nec verbera dira nocent.
Apta fretis tumidis ping, qua crescit in altis
Montibus, in liquidas nondum descenderat undas:
Scilicet ut reliquas solisset visere terras,
Nam homines grater sua littora nulla sciebant.
Nondum praecipites cingebant moenia fossa:
Non tuba directi, non aris cornua flexi,
Non erat affixus lateri pendente vagina
Gladiis et galeam nondum circumdata cervix:
Tutus erat totus mundus, sine militis usu
Mollia secura peragebant otia vita.
Rastris intactis non scindebatur apellus
Villis vomeribus, per se dabat omnia tellus:
Contentis cibus nullo plantante creatis,
Arbutus foetus, montanisque fraga legebant.
Semper erat vernum tempus Paphyris tegente
Aerem mulcebant natos sine semine flores.
Insuper et fruges tellus inarata ferebat:
Nec renovatus aper gravidis canebat aristis.
Humens habebat lac, et nectaris unda fluebat,
Non secus ac rapiens inter sua littora Ganges,
Mella etiam viridi stillabant dulcia quercu.
Sed Pater ut summum terrenam sede recessit
Terrigenum graviter patrato crimine laesus;